(154ᵇ) 60 a[1]). Anno dnice incarnationif millesimo .L°.VIII°. indictione XI. menfe Iulio. snb die XII. kal. menfif eiusdem. in orientali francia. in comitatu Gozvini comitis in loco qui dicitur Othalmefhufen factuf est conuentus fidelium principum de pace facienda et fedanda latronum tyrannide et raptorum compefcenda feditione. Conuenere etiam ibi uenerabilis abbas faldenfis

[1]) Schann. tradit. 612.

Egbertus nomine : et quedam matrona comitiſſa Albrat aliique quam pluref nobilef. comitef. ac iudicef. In quo conuentu. in conſpectu omnium qui aderant. eadem matrona tradidit deo et sco Bonifacio martiri quoddam monaſterium in Banze conſtructum. pro remedio anime ſue. et defuncti mariti ſui ac filiorum requie. Hoc tantum a predicto abbate prefata matrona expetiit. ut in eodem monaſterio ſecundum regulam sci Benedicti monachos inſtituoret ceteraque regule congruentia adaptaret. Tradidit ergo ſicut dictum eſt uenerabilis matrona eundem locum ſuae diciouiſſco Bonifacio cum omnibus compertinentiiſ et adiacentibus bonif et prediif. mancipiis. et eum omni genere utilitatif. IIII. ſcilicet territoria in Banzgowe. V. in ſalzungen. et VII. in regione Heſſonum. Hanc traditionem ſuſcepit Gerharduſ aduocatuſ ſuldenſis monaſterii coram multis teſtibus.

(154ᵃ). 60 b. Anno [1]) ab incarnatione dni .DCCCC.XL. Adelbertus comes de Altenbureh. trad. sco Bonifacio locum et monaſtorium quod eſt in tharhiſſe ſitum in litore Moi fluminiſ cum omnibus compertinentiiſ ſuiſ. eo tenore ut a ſuldenſi monaſterio idem locuſ regatur. et confuetudinem ſecundum regulam sci Benedicti conferuet. Et ut hoc eo credibilius uideatur. et credatur. uite ſinem (155ᵃ) eius comitiſ Adelberti hic inſcrimuſ. Otto magnus imperator duoſ habuit cognatos ex ſororo genitos. quorum unuſ Ludewicuſ. alter Heinricus uocabatur. Qui ambo frequentabant prefati comitiſ Adelberti domicilium in predieto caſtro Altenburc conſtitutum. Habebat quippe Adelbertus comef duaſ filiaſ nubilef atque pulcherrimaſ. Cumque ſepius ueniſſent cognati imperatoriſ illi duo fratref. fornicatione abuſi ſunt nec legitimo matrimonio eiusdem Adolberti comitis filiabus coniungi uoluerunt. Vnde iratus comef ambof gladio occidit. Imperator uero ut comperit cognatoſ ſuoſ occiſoſ. data ſententia Adalbertum comitem decollari prœcepit. in loco qui dicitur Gremeſtorf. Qui ante decollationem tradidit sco Bonifacio tam ipſum locum thariſſe. quam cetera bona ſua. ſopultusque eſt in eodem monaſterio. sicut multiſ notum eſt.

61. Anno [2]) ab incarnatione dni DCCCC. LXXX. VIIII. uenerabiliſ abbaſ Richarduſ qui duaſ ſimul abbaciaſ bene gubernabat. Fuldenſem et Amarbacenſem. uidens in priuilegiiſ antiquarum traditionum eundem locum Amarbah fuldenſi loco iure debere attinere. eo quod omne predium et funduſ eiusdem loci a flumine mogo. uſque ad Cocharam. et Iagefam. et uſque per Necharam fluuium a fuldenſi monaſterio effet acceptum. edificauit ibi nouum monaſterium et feeit illud dedicari et ordinari. in honore scorum martirum Simplicii et Faustini. qui corporaliter in fuldenſi requieſcunt monaſterio. eo tenore ut effet euidens indieium. quia loeuſ illo a fuldenſi monaſterio primitus ſumpſit inicium. et prediorum incrementum.

(155ᵇ) Sunt [3]) preterea plurima monaſteria que de fuldenſi monaſterio

[1]) Vergl. Brower Fuld. antiq. p. 143. [2]) Vergl. Brower ebendas. Die Jahreszahl bei Eberhard ist falsch, da Richard 1018 oder 1019 Abt wurde. [3]) Vergl. Brower p. 144.

fumpferunt inicia. et ex prediis et fundis huius ecclefie manifeste uidentur effe fundata. Sicut est Suinfurte. Sluhtre. Breitingen. Breitenuowa. et multa alia loca. quorum termini huius ecclefie funt proprii. Que ideirco hic non incongrue libro inferimuf. ut fi quando quod abfit aliqua nobis eum eif oriatur difceptatio. reddere cogantur quod noftrum eft. et fic nudi remaneant. tamquam auif que furtim fublatif pennif redditif. nudata remanfit.

62. De terminif beneficiorum huius Fuldenfis monafterii [1]),

ficut a quibusdam antiquorum teftimoniis perccepimus et ex quibusdam fcedulis longeue antiquitatis non difcrepantibus relatione uera compertum habemuf.

1. In prouincia faxonie tria milia manforum habuit hoc fuldenfe monafterium. vnde inbeneficiati debent effe fex regni principef. ita ut quifque eorum quingentof habeat manfof. Sed proh dolor auaricia que nunquam dicit fufficere compellente. aliquif principum pluf quam tria milia habet manforum. Nec hoc fufficit quin etiam auara infuper ingluuie ambiendo inhiandoque inuadant facrosanctum uirbor et ftipendia fratrum deglutire concupifcant. decimationef eccleſiarum ufurpatiue non iufte accipiant. familiam sci Bonifacii fibi uendicent. cenfumque ab eif qualemcunque uolunt extorqueant. Hec ergo et his similia faciendo non defenforef fed inuaforef monafterii effe uidentur. cummulantef fuper fe hannof apoſtolicorum et contra precepta regum agentef maledictionem eternam conquirunt.

(156*) 2. In prouincia Turingie tria milia manforum habet fuldenſe monafterium. vnde inbeneficiati debent effe fex regni principes. ita ut quifque eorum quingentof habeat manfof. Sed proh dolor auaricia compellente que nunquam dicit fufficere unufquifque principum illorum habet totum. quod habere debebant finguli eorum. Nec hoc fufficit. quin adhoc ambiant. unde fratres fuldenfef deo scoque Bonifacio ſeruire debebant. Infuper decimationef et familiam sci Bonifacii inuadunt. ita ut non defenforef fed impugnatoref ecclefie. a qua ditati funt. effe iudicentur.

3. In prouincia Hefforum. et wetereiborum habet hoc fuldenſe monafterium tria milia manforum. vnde inbeneficiati debent effe fex illius regionif principef. ita ut unufquifque eorum quingentos habeat manfof. Sed proh dolor [2]) cet.

4. In prouincia reni et wormatie habet hoc fuldenfe monafterium tria milia manforum. vnde inbeneficiati funt fex illius regionis principef. ita ut unusquifque eorum quingentos habeat manfos. Sed proh dolor [2]) ect.

(156*) 5. In prouincia Boaioirie et Alamannie habet fuldenfe monafterium tria milia manforum vnde inbeneficiati funt fex illiuf regionif principef. ita ut unufquifque eorum quingentos habeat manfos. Sed proh dolor [2]) — effe

[1]) Vergl. Schannat, clientela Fuld. p. 196. no. V. [2]) Und so fort wie in Abschnitt 2.

iudicentur. Preter hoſ principeſ inbeneficiatos ſunt alii quam plurimi ducef. marchionef. palatini. comitef. aduocati. tribuni ceterique principeſ ſaxonum. Hafforum. Turingorum. francorum. Alamannorum. frefonum. Lutringorum. aliarumque prouinciarum primateſ et domini. bonif ſci Bonifacii inbeneficiati. Quoſ eondecot fidem et deuotionem confernare huic monaſterio. et abbatibus et fratribus deo ſtudioſe hic famulantibus. Et ne aliquiſ legentium eſtimet ad detractionem ſeu confuſionem hec eſſe ſcripta. confideret uera eſſe que diximuſ. Nonne Landegrauius et filius Cunradi regiſ plurimorum principum beneficia ſibi contraxerunt. et adhuc ſtiunt? Simili modo et alii multi anarieie morbo deuincti. ſempor inſiant. ut ſuam cupiditatem repleant. et tamen uelint (157ᵃ) nolint. omnia morientef hic relinquent. Qui ſi fidem ſeruarent eccleſie et pro domuſ dei laborarent defenſione. poſſent ſpem habere de beati Bonifacii interuentione. Nunc autem ut ſaluo honore eorum dicamus. quia non attendunt quanta auctoriate ſcorum patrum fundatum eſt hoc monaſterium. quantiſ priuilegiiſ et bannif apoſtolicorum confirmatum eſt hoc uenerabile cenobium. quantis preceptiſ regum et imperatorum roboratum eſt hoc religioſorum uirorum collegium. quantis inſuper epiſcoporum archiepiſcoporum cardinalium ceterorum ſanctorum uirorum benedictionibus conſecratum et ordinatum eſt hoc clauſtrum. timendum eſt. ne poſt terrena bona inordinate concupita eternam maledictionem quod abſit inueniant.

63. Iſti ſunt principeſ qui noſtriſ temporibuſ beneficia uidentur habere de hoc monaſterio fuldenſi [1]).

Ipſe imperator Fridericuſ. qui quondam dux. nobiliſſimi duciſ Friderici filiuſ. qui non ſolum patriſ beneficium in alſatia habuit. ſed et Dipoldi marchiouiſ beneficium tenuit. Dux etiam Friderieuſ filiuſ chunradi regiſ ſeptem principum beneficia de hoc fuldenſi obtinuit monaſterio. Marchio Adelbertus non ſolum ſium ſed et aliorum principum obtinuit beneficia. Otto marchio in orientali ſaxonia. Ludewiguſ landegrauius plus omnibus habet in beneficiiſ. Palatini duo. nnus de reno. alter do danubio. Rapoto comeſ. Perhtolfi comitiſ filius de Hounenberc. Ludewicus comeſ de Rinegge. Ludewicuſ comeſ de Lara. Gerharduſ comeſ de Nuringeſ. Gerharduſ comeſ de Werthein. Gotefriduſ comeſ et aduocatus eccleſie. et filii eiuſ. et filiis fratris eius Rufus comes. Perhtolduſ comeſ de Nitche. et alii liberi. (157ᵇ) Herimannuſ comes de Bramberch. Willihelmus comes. Emicho comeſ de Liningen. Erwin comes de Turingia. Syzo comeſ. Gotefriduſ comeſ urbis de Nurenberc. Giſo comes. Marquarduſ de Grimbach. Heinricus de Stechelenbere. Giſo de Iazzaha. Wernherus. Boppo et Gotcholduſ de Irmenoltſhuſen. Wieger de warperch. Ludewigus de Fran-

[1]) Vergl. clientela Fuld. p. 197 und 217.

kenſtein. Adelbertuſ et Fridericuſ de Truhentingen. Wicger de Rodehuſen et frater eius Burchardus de Leimbach.

Hec [1]) ſunt feoda que Ludewicus comes de Otſingen. tenet ab eccleſia fuldenſi uidelicet uillam Keifingen. et uillam Hollenſtein. et uillam dictam thiningen. et aliam uillam dictam Hohun.

(159ᵃ) 64. De oblatione fratrum in Tutenhuſen [2]).

Nouerint xpi fidelef. tam futuri quam preſentef qualiter quidam nobilif princeps de ſaxonia regali ſtirpe progenitus. Hertac nomine. diuino amore ſuccenſus. et deſiderio celeſtif patrie compunctus cum uideret quam plurimos fideles ad monaſterium sci Saluatoris quod conſtructum est in honore sci Bonifacii archiepiſcopi et martirif fulde confluere et eterne vite ſuffragia ab eodem beatiſſimo martire depoſcere. cogitabat intra ſe quomodo et ipſe de bonis ſuif terrenis quibus ex larga dei beniuolentia ſuperhabundabat preciofiſſimum xpi martirem Bonifacium placaret. ut ipſum apud diſtrictum iudicem promptum intercefforem habere poſſet. Cumque hac deliberatione animum ſuum in bonorum affectuum deſiderio in tam bono propoſito circumflecteret. miſit deus in mentem eiusdem glorioſi principis ut ex diuite uena facultatum ſuarum uenerabilem conuentum ſuldenſium fratrum oblatif patrimoniif ſuif ditaret. et ob hoc ſpecialiter ad prefatum monaſterium deuotiſſima dona conferret. ut in uſum fratrum deo inibi famulantium pro eterna eius commemoratione ſuccederent. Et quia de pura bone uoluntatif confeientia deo donante ſonf iſte pietatis ebullire cepit. (160ᵃ) eſtuanti pectore non quieuit. donec quod pie cogitauit ad effectum bone operationif perduxit. Regnabat tunc temporif pius imperator Otto Ruſus magni imperatorif Ottonis filius. Quem adiens prefatus princeps indicauit totum deſiderium in hoc eſſe. ut de bonif ſuis uenerabilem ſuldenſium fratrum conuentum ditarct. quatenus eorum orationibus adiutus domino ſaluatori ihefu chriſto et preciofiſſimo eius martiri Bonifacio propinguare ualeret. Cuius deſiderium imperator audiens laudabat et glorificabat deum et ſanctiſſimum eius martirem Bonifacium. miſitque cum eo legatarios ſuof ut uotum quod uouerat deo fideliter exſolueret. Venienſ ergo cum nunciif imperatorif ad sci Bonifacii fuldenſe monaſterium gratanter a domino Werenhero abbate et ab omni congregatione ſuſceptus est. perductusque ad altare sci Bonifacii martiris obtulit deo et preciofiſſimo martiri eius Bonifacio uillas duas Ottenhuſen et Tutenhuſen cum omnibus appendiciif et utilitatibus ſuif coram legatariif

[1]) Diese kurze Notiz ist von späterer Hand des dreizehnten Jahrhunderts eingetragen, da auf fol. 153ᵇ leerer Raum geblieben war. [2]) Schann. tradit. 591.

imperatoris et coram multif aliif teſtibus in hunc modum. ut fratres ſpecialiter in ſua proprietate haberent. et annuum cenſum inde acciperent. ac ſui parentumque ſuorum ſemper memoref eſſent. Facta eſt hec tradicio tempore glorioſiſſimi imperatoris Ottonis ruſi : cuius precepto confirmata et ſigillo confignata. ut nunquam in eternum ab aliquo hominum irrita fiat.

Signum dni Ottonis glorioſiſſimi imperatorif auguſti. anno dom. incarn. DCCCCLXXVIII.

(160ᵃ) Annotatio cenſus de Tutenhuſen. qui adhuc fratribus noſtrif annuatim inde perſoluitur. In wigbrahterode hube ſunt decem que antea XXX ſolidos perſoluebant. et modo talentum reddunt. In Riehwarterode sunt quinque hube. unde .XV. ſolidi perſoluuntur. In Nuwenrode hube ſunt quinque unde XIIII ſolidi et denarius perſoluitur. In Hewinefhuſen tref ſunt hube. unde talentum et unus denarius perſoluitur. In ipſa uilla Tutenhuſen una huba unde decem ſolidi perſoluuntur. De alia uero huba quatuor ſoluuntur ſolidi. De territorio autem nonem ſolidi perſoluuntur. Hec omnia ſimul computata quatuor talenta et XII. ſolidi ſiunt.

In Ottenhuſen territorium eſt et VIIII. hube. de quibus XIIII. ſolidi perſoluuntur In Balcſin .IIII. hube ſunt. unde perſoluuntur .VIII. ſolidi. In Weifefelt ſex hube ſunt. unde .XII. ſolidi perſoluuntur. In Goznareſhuſen .IIII. hube ſunt. unde .VIII. ſolidi perſoluuntur. In Drinffelt .IIII. hube ſunt. unde ſimiliter .VIII. ſolidi perſoluuntur. In müten .V. hube sunt. unde .X. ſolidi perſoluuntur. In Hafbeche tref hube ſunt. unde ſex ſolidi perſoluuntur. Emmechenrode hube due unde decem ſolidi perſoluuntur. In Ruprahterode huba .I. .IIII. ſol. reddens. Que ſimul computata quatuor talenta ſiunt. Super hec omnia dux Saxonie Heinricuſ aduocatuſ et iudex eſſe debet. cuius parentef hereditario iure eorundem bonorum defenſoref erant.

(161ᵇ) 65. De oblatione .IIII. episcoporum [1]).

Cunctis noſtris fidelibus notiſſimum eſt qualiter preclariſſimus patronus noſter et totius gallie atque germanie apoſtolus scs Bonifacius. cum ab errore gentilitatif boioariam conuertiſſet. dimiſit eam in quatuor epiſcopatus. et quatuor ex diſcipulis ſuif ordinauit paſtoref ad regendum populum dei. Iohannem Salzburgenſi eccleſie. Viuilum Patauienſi eccleſie. Gowiboldum Ratiſponenſi eccleſie. et Ermbertum Frifingenſi eccleſie praeponenſ. Qui ſtatim uelut palmitef uere uiti adherentes in uinea domini non ſine fructu animarum ſibi commiſſarum comparuerunt ſed et inſuper quantum potuerunt ipſam fuldenſem eccleſiam matrem ſuam pro amore pii patrif Bonifacii donif et honoribus extulerunt. Vnde contigit ut quiſque eorum pro poſſe ſuo caritatif oblatione fuldenſibus fratribus de ſua patria annuatim perfolueret. ac ſuof cinef ut idem facerent incitaret. Sicque factum eſt ut de ſingulif regionibus plurima

[1]) Schannat. tradit. 17.

predia quique fidelef fuldenfi ecclefie pro honore sci Bonifacii archiepiscopi et martirif conferrent. crefceretque et aucmentaretur domus domini de die in diem. Obtulit ergo primum Salzburgenfis ecclefia matri fue fuldenfi ecclefie in oppido fuo Halla nuncupato domum et fontem falis cum compertinentiif et utenfilibus fuis. unde fingulif annif .XII. talenta perfolui poffunt. Obtulit etiam ratifponenfis ecclefia .IIII. uineaf et .IIII. (162ᵃ) regalef manfus. cum curtilibus et compertinentiif ac familiis fuis. vnde fingulif annif tranfmittere debent ad fuldenfem ecclefiam fratribus deo et beato Bonifacio feruientibus pifcem magnum hûfen nuncupatum. et de oleo arborum quantum equi duo in lagenis deferrent. Simili modo de oleo et de pifce folebat patauienfis ecclefia. id est. dum uiueret viuuluf epifcopus fratribus fuldenfis monafterii fingulif annis in oblationem transmittere. Quo defuncto paulatim per negligentiam et incuriam feu per uie longinquitatem fubtractum est. Frifingenfis uero ecclefia cui preerat Erembertus epifcopus que inxta alpef et montana Italie sita est. fingulif annif cafeof grandef. berckefe uocatof fuldenfibus fratribus in oblationem transmittebat. Preterea de fingulif terrarum prouinciif feu regionibus finguli fidelef offerebant deo et beato Bonifacio predia feu mancipia. que omnia defcripta funt in octo codicellis et repofita in librario fce fuldenfis ecclefie.

Willibalduf etiam fce Eihftenfif ecclefie episcopus obtulit deo et beato Bonifacio. cuius ipfe quondam fidelife rat difcipulus. fratribusque fuif fuldenfibus in oblationem uillam unam in pago Sualefeldenfi sitam. Rûchefe nuncupatam. ut annuo cenfu fratres pro fui commemoratione confolationem et oblationem et pictantiam haberent. Et ut breuiter multa perftringamus. quia omnium ecclefiarum Gallie Alamannie et Germanie apoftolus et predicator extitit scs Bonifacius. iure ab omnibus gentibus ei foluebatur census.

(162ᵇ) 66. De oblatione domine Albrate comitiffae [1]).

Quoniam quidem non folum indigene sed etiam ex longinquis terrarum partibus ueniunt fidelef orare et offerre munera in domo domini saluatorif. in templo domini fabaoth. in monafterio fcilicet sci Bonifacii martirif : fentienf odorem ungentorum et famam tantarum uirtutum diffufam in cordibus pene omnium nationum quedam nobilif comitiffa. diuef terrenarum facultatum. Alberat nuncupata. uoluit particeps fieri orationum fidelium fratrum in fuldenfi monafterio deo omnipotenti die noctuque deuotiffime famulantium. cumque fe applicaret ad ostia exteriorif tabernaculi. id eft ad portaf ciuitatis. ubi nulla prorfus femina audet progredi. ut uel fic uelut Maria introfpicienf fatiaretur defiderio. quo intrinfecuf attrahebatur in domino. conuocat per internunciof prelatof congregationif. et exponenf eif defiderium animi fui rogat obnixius particeps eorum orationum fieri. Sufcepta igitur plene fraternitatis et orationif

[1]) Schann. tradit. 608. Vergl. cap. 60 a.

totius congregationiſ adminiculo obtulit et ipſa tota deuotione uota ſua que diu ſecum cum magno deſiderio in cordis ſui portabat hoſpicio. Obtulit inquam deo et ſco Boniſacio non ſine lacrimiſ compunctioniſ. impleus illud pſalmiſte dicentiſ qui ſeminant in lacrimiſ in gaudio metent. proprietatiſ ſue treſ uillaſ cum omnibus compertinentiiſ et appendiciis ſuis. (163ᵃ) id eſt in Batten. Ronaha. et Leimbach. ſub tali conditione. ut fratreſ fuldenſis monaſterii hec eadem ſua oblata patrimonia ſub ſua ſemper haberent poteſtatiua cuſtodia. cura. atque cultura. et ut redituſ ſiue cenſus annuatim abinde tollerent. et in ſuoſ uſus quomodocunque uellent tranſferrent. ut ſui ſemper in ſacriſ orationibus memores essent. Erat enim optime uoluntatiſ femina. uolenſ omne patrimonium ſuum in huius monasterii transferre diſpendium. Sed quia prelati noſtri minuſ ſolliciti erant circa eam. remouit animum ſuum et alias ſe conuertit. nec tamen nobiſ que dederat abſtulit. Conſtruxit enim in proprio domate. id eſt in caſtello ſuo quod Banze uocabatur. monaſterium sci Dioniſii martiriſ. ubi coadunauit quam plureſ fratreſ ſub regula sci Benedicti deo deuote ſeruientes. ibique quamdiu ſuperuixit. in uigiliiſ et orationibus. ieiuniiſ et elemoſiniſ inſiſtens ſtudioſius deo uacare non deſiit. Regnabat eo tempore Otto imperator magedeburgenſis conſtructor epiſcopii cognatus eiusdem nobiliſſime matrone qui omnes eius traditioneſ et cenobitarum conſtructiones ſuo confirmauit precepto. ut nulluſ hoc quod dedit et inſtituit uiolare uel permutare poſſit in aliquo. Quae defuncta ſepulta eſt in monaſterio sci Dioniſii martiriſ in prefato loco caſtelli ſui Banze uocato. quod ſitum est ſupra litus Moyn fluminiſ. fiuntque per eius merita ut fertur plura ſigna a domino noſtro ihesu xpo. cui ſe commendauit relicto ſeculo.

(165ᵃ) 67. De oblatione Heinrici abbatis in Bramuirst [1]).

In nomine et honore sce trinitatiſ. Notum ſit omnibus xpianae fidei cultoribus qualiter domnus Heinricuſ uenerabiliſ fuldenſiſ eccleſie abbas per manus quorum (dam) fidelium ſuorum Sigebotoniſ uidelicet et Sigifridi in ſilua sci Bonifacii que dicitur Bramuirst quoddam cepit nouare nouale. ut in eccleſia ſua fuldenſi ſcilicet congregatione ſempiternum ſibi faceret memoriale. Quod opuſ deo proſperante dum bene cepit meliusque de die in diem profecit. maximum iocunditatiſ et utilitatiſ gaudium ſibi et fratribus inde prouenit. Nam locus qui prius erat cubile ferarum et latibulum bestiarum et inhabitatio latronum atque predonum domus. factuſ est habitaculum et commoratio hominum de labore suo uiuentium. Conuentione itaque publice facta domnus abbaſ (165ᵇ) cum conſilio ſeniorum fratrum et fidelium ſuorum hanc legem dedit ut coloni eiusdem ſilue .XII. annoſ eſſent absque tributo. excepto quod ſi aliquiſ eorum mortuuſ fuiſſet iumentum quod uulgo dicitur caput optimum ſiue ueſtimentum quod melius haberet in uſuſ fratrum ad infirmariam cederet. Et si heredem ibi non haberet. omnia bona eius per annum in publica curia ſeruarentur. Et ſi interim

[1]) Buchon. vet. pag. 337.

ueniffet qui inde haberet ex iure querimoniam. ftatim inde confequeretur iufticiam et mifericordiam. Sed et hoc conftitutum est a prefato abbate. ne alienus uillicus colonis illis preficeretur. nifi unuf quemcunque inter fe elegiffent. nec umquam contingat eosdem uirof ullum aduocatum habere preter principalem aduocatum de domo fuldenfis ecclefie. Expletif uero .XII. annif XX talenta annuatim perfoluant. et hec omnia in ufuf fratrum fuldenfium cedant. fcilicet duo talenta ad prefati abbatif anniuerfarium celebrandum. cetera uero ad habendamcuram fratrum et inflrmorum. Erat hif temporibus Fulde camerarius Cunradus nomine eisdem hominibus fatis idoneuf et gratus. pro cuius beniuolentia ex domini abbatif et fratrum permiffione praeter folitum cenfum etiam ante praefluitum tempus generalis cenfus in festo sce Walpurge decreuere talentum perfoluere. ex quo ipsius fratribus caritaf in refectorio fieret .II. non. Mai. et post mortem eiusdem cedat in anniuerfarium ipfius. Hoc autem ut firmius poffit esse ratum. domini Innocentii papae priuilegio confirmatum est. obligatusque uinculo perpetui anathematif qui hec uiolare uel mutare temptauerit. Acta sunt hec kal. novembr.[1]) in dedicatione fuldenfis ecclefie. Et funt hi teftef. Gozmarus aduocatus. comef Gotebolilus. Trageboto l. et alii plures.

(166*) 68. De oblatione Warmundi[2]).

Nouerint cuncti fideles tam futuri quam prefentes. qualiter warmunduf de Sigimundef uir libere conditionis uillam quandam Sandef nuncupatam cum omni utilitate fua. et quedam beneficia fua in wiggeref. cum his mancipiif alexandro. ingrammo. almundo. wolframmo. warmundo. Rudegero. Kuniza. Kunigunda. que poffelit hereditario iure. in manuf Goteboldi comitif de Hennenberc ea lege allegauit. ut eadem beneficia et mancipia ad altare sci Bonifacii in fuldenfi monafterio pro remedio anime fue et parentum fuorum delegaret. fub ea condicione. ut fratref eiusdem monafterii ipfum in recordationem plene fraternitatif fufciperent. et poft mortem ipfiuf memoriam piis eorum precibus domino commendarent. Porro Alexandrum et Ingrammum ad cameram abbatif pertinere decreuit. reliquam uero familiam cum omni redditione praedictorum ad feruicium fratrum firmiffime et conftantiffime deputauit. nec ullius aduocati iudicium fequeretur uel ab aliquo ullum grauamen pateretur. uel cuiquam hominum nisi fratrum nuncio subderetur. Et fi quif illorum fua fponte uel coactuf fe in aliud iuf. unde fratribus alienus efficeretur. traderet. quif facultatif et proprietatif poffideret in ufuf fratrum cederet. At uero Goteboldus comef. quemadmodum predictuf fidelif noster warmunduf in manum et fidem fuam fua bona allegauerat. ita et ipfe fidem per omnia feruanf ad altare sci Bonifacii legitime delegauit ea condicione ficut

[1]) Schannat setzt hinzu anno MCXXVI; aber in diesem Jahre war Heinrich noch nicht Abt. [2]) Piftorius 576,30. Schann. tradit. 627.

predictum est. (166ᵃ) Idem uero Goteboldus comes tam proprie quam fratrum utilitati consulens expetiuit a fratribus. eo quod prefata possessio Sandes fue coniuncta effet possessioni. ut sibi commendaretur ad excolendum et debitum censum inde persoluendum. Cuius peticioni fratres gratanter assensum prebuerunt. eique bona petita sub tali conditione commendauerunt. ut inculta uti promiserat excoleret. et annuatim exinde quinque solidos in usum fratrum persolueret. Census igitur in wiggeres sunt septem solidi. in Sandes quinque solidi.

69. De oblatione Gerlai. et Regilinde uxoris eius [1]).

In nomine sce et individue trinitatis Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter Gerlahus et coniux illius Regilint pro remedio animarum suarum parentumque suorum sco Bonifacio et fratribus in fuldensi monasterio sub regula sci Benedicti deo deuote militantibus omnia que hereditario iure possidere uidebantur. tam in predijs et mancipijs. quam beneficijs et concessis tradidisse (?). ea uidelicet ratione. ut quamdiu utrique uiuerent. traditas possessiones sibi in usum uite referuarent. Post finem uero uite eorum ecclesie in proprietatem cederent. Hanc autem traditionem sub tali conditione fecerunt. ut in possessione sua Tulba nuncupata. monasterium ex proprio sumptu cum adiutorio abbatis heinrici construeretur. fratresque ibi deo seruituri aggregarentur in quorum usus ex permissione abbatis reditus tam beneficiorum quam proprie hereditatis sicut monasterio fuldensi traderent delegarentur. Sed quoniam res humane dubie constant. tale pactum interposuerunt. ut si contra propositum uoluntatis eorum contigisset prefatam structuram non perfici. (167ᵃ) aut perfectam forte postmodum destrui. omnis prescripte traditionis reditus in usus fratrum fuldensis cenobii absque ulla contradictione reuerteretur. Ad confirmandam uero et uniuersis hanc traditionem declarandam. ipsa die traditionis decem in Tulba et Cimhagen. necnon et X. mancipia proprie dominationi abdicantes. inri et usui ecclesie cum reditibus et omni utilitate ex integro concesserunt. Quorum mancipiorum nomina sunt hec. Dietlint. Hiltegunt. Huc. Giselbraht. Hartmut. Liutgart. Frowin. Ilsintrut. Iudita. Heribot. et eorum prolef. Et ne caussari aut infirmari ullo modo possit hec traditio. uel filiorum negligentia si ab eis generarentur. aut cognatorum si sine filiis morerentur. idoneos testes ex numero coequalium suorum delegerunt. quibus hereditarie traditionis ius delegarunt. illis hoc ius delegationis innixem sibi manu ad manum tradentibus. idcirco ut si forte primi traditores. uel alter eorum post mortem alterius pauperem pro domino uitam in castimonia ducere delegisset. et ab eis traditionis huius testimonium requisisset. uel post decessum utriusque abbas. seu fratres fuldenses traditionem hanc ab eis attestari sufficient et confirmari. si tunc temporis testes hi omnes non supereffent. aut adesse non possent. quotquot

[1]) Dioeces. Fuld. p. 254, 26. Tradit. 624. Schannat hat diese Urkunde zerstückelt.

ex hiſ haberentur. traditionem primam ſecundaria traditione heredum uice renouarent. Quorum teſtium ſunt hec nomina. Reginhart. Gerhart. Gerlach. Hertwic. Berthoh. Chuno. et alii. Preter hanc communem utrorumque traditionem. et prefcriptae traditioniſ conditionem. prefata Regilint priuatim pro ſe ſuiſque omnibus tam uiuiſ quam defunctis tradidit ſco Bonifacio ſpeciaſiter in uſus fratrum ſuldenſium ex hereditariiſ parentum ſuorum boniſ octo (167ª) hubaſ in Negeſtete. cum dimidia parte eccleſie et XX mancipiiſ. Facta ſunt igitur hec omnia. anno dominice incarnationiſ. M°. C. XXVII. Regnante domino Lothario imperatore menſe iunio proxima die poſt feſtum ſci Bonifacii. Preterea idem Gerlahus de tulba miniſterialiſ huius eccleſie ſeorſum ceteriſ omnibus que obtulerat. predium quoddam in Koten quod ab hiſ quibus hereditate legitime proprietatiſ obuenerat dato precio coemptioniſ redemerat. libera et abſoluta poteſtate in uſum fratrum ſce ſuldenſis eccleſie ob eternam ſui memoriam delegauit ſco martiri Bonifacio. ea condicione. ut fratreſ ſepedicti monaſterii poſt mortem eius in die anniuerſarii eius caritatem inde haberent. et fraternitatiſ eorum orationibus adiuuari queat. et fideliſ eius oblatio ad recordationem ſui et ad interpellandum pro eo ſummum iudicem predictos fratreſ ſepius ac ſtudioſius incitaret. He ergo omneſ traditioneſ a fideli uiro Gerlaho. et a deo deuota eius femina peracte ſunt in ſulda ad portam ſci petri apoſtoli coram abbate Heinrico. et cunctis fratribus ſuldenſiſ congregationis. Cuius traditioniſ et preſcripte conditioniſ teſteſ fuerc prefatus dominus abbaſ Heinricus. Werenhcruſ decanus. Berthohuſ prepoſitus. Cunradus camerariuſ. Sigifridnſ oſtiarius monaſterii. Trageboto lagicus. et alii multi miniſteriales eccleſie. Videntef itaque fratref tantam deuotionem uiri et femine quia cum omnibus que habuerant ad deum confugerant. iuſſerunt hec omnia diligenter in carta conferibi et ſigillo ſci Bonifacii patroni noſtri fideliter inſigniri.

(176ª) 70. De oblatione Berthohi in Afcbeche [1]).

Omnium fidelium chriſti pateat cognitioni. quatenuſ cum Berhtoldnſ quidam miles nobilis et ſtrenuuſ de Iſinacha in Boemia occubniſſet gladio. heredeſ illius bene memoreſ defuncti cari ſui. corpus eius ad uenerabile ſuldenſe monaſterium tranſlatum. ſimplici prece rogabant fratres eiusdem monaſterii. ut memoreſ dignarentur eſſe defuncti cari ſui. et pro abſolutione illius anime oblationeſ ſuas dignarentur ſuſcipere. atque eius corpuſ cum ceteriſ fidelibus in cimiterio eccleſie ſepelire. Quorum peticionibus fratreſ monaſterii annuenteſ et ſolita pietate miſericordiam adhibenteſ. decreuerunt eorum oblationeſ benigne ſuſcipere. et cari ſui corpus debita cum ueneratione ſtudioſe in atrio eccleſie ſepelire animamque illius officioſe deo commendare. Suſcepto igitur corpore celebratiſque exequiis ex more ſollempniter impenſiſ. parenteſ eius et cognati cum multitudine militum qui aderant accedenteſ ad altare ſci Bonifacii mar-

[1]) Schann. tradit. 645.

tirif. prompta et intima uoluntate obtulerunt predium quoddam in Afcbeche pro eterna commemoratione carî fui. quod dum uiueret iure ac lege proprietatis idem ante poſſedcrat. et moricnſ nobis in memoriam fui allegari petiit. Teſtes ſunt huius tradicionif omnef qui adcrant. Traditum igitur ipſum predium ſine ullius contradictione annuatim reddit ſolidos XVIII.

(177ᵃ) 71. De oblatione Heriborti in Suntheim [1]).

Cunctis xpi fidelibus notum eſſe uolumus. Heribortonem de Suntheim huius sce fuldenſif eccleſie miniſterialem. cum eſſet ſine liberif. nos fratres eiusdem eccleſie ſibi feciſſe heredef ea conditione. ut ſui ſemper apud deum memoref eſſemus. et ut memoria illius per nos deo commendetur. et bona eius uoluntaf tam futurif quam preſentibus in benedictione habeatur. Iſte inquam cum ob ſpem uite eterne ad ſepulchrum domini iter dirigeret bona ſua que ei proprietatiſ iure cefferant. in Suntheim. et Northeim et Mittelendorf in manum Cunradi de Nithartefhuſen. et Bern de Northeim. Sigelohi quoque de weſtheim multiſ preſentibus ea ratione allegauit. ut ſi a cepto itinere ulterius non rediret. eadem bona ſua ad altare sci Bonifacii domini ac patroni ſui cum .XII. mancipiis eius delegarent. Et ſi quiſ eorum trium prior de morte illius certus efficeretur. ſtatim etiam aliiſ nefcientibus delegaret. et alii hoc factum pro rato ducerent. Decreuerat autem beatus ille reditus bonorum ſuorum utilitati fratrum in memoriam ſui cedere. mancipia uero ad cenſum altariſ pertinere. Igitur ut finem uite illius Sigilohus percepit. quod fide promiſit. et manu percepit. ad altare sci Bonifacii in uſum fratrum delegauit. Quod et poſtea chunradus ſimiliter fecit. Porro cum ipſa bona noſtra beneficiif eccleſie que idem ctiam poſſederat immixta essent dominus Heinricus heruelденſif qui tunc et noſter abbaf fuerat. eadem beneficia nobis fratribus in ſui recordationem tradidit. Teſtef ſunt Gotefridus comeſ et frater eius Boppo comes. et alii multi. — XXX ſolidi.

(182ᵇ) 72. De oblationibus Tutoniſ cellerarii [2]).

Notum ſit cunctif. xpi fidelibus preſentibus ac futurif. qualiter pie memorie Tuto cellerarius fratrum licentia abbatiſ ac frm nouale quoddam in Hagebach nouauit. quod XXII^{ta} ſolidoſ perſoluit. Ex hiſ .X. ſolidoſ ad commemorationem anniverſarii eius fratribus dari conſtituit. cetera ad communeſ fratrum utilitateſ deputauit. Item idem occupauit et aliam uillam quam appellauit Tutenhagen cui adiacenſ fuit quoddam bonum nomine Echenhou. quod a cognato ſuo Gerlaco de Bramfirſt redemit. et fratribus in memoriam illius deputauit. et partem illiuſ ad hoſpitale dedit. partem ad hoc conſtituit. ut in honore sci Nicolai cum tribus ſolidis unum fratribus ad propinandum in ipſius

[1]) Schann. tradit. 636. [2]) Schann. histor. Fuld. I, 46.

feſto comparetur. Idem uir beatuſ largus atque munificuſ. et fraterne caritatiſ affectu plenus. emit etiam quoddam predium in Suntheim per ebonem parrochianum a quodam uiro nomine Ortwin. quod .V. ſolidoſ reddit. et in Scundera duoſ fratreſ cum prediolis ſuis eccleſie conquiſiuit. qui duoſ ſolidos annuatim perſoluunt. Sed et molendinum infra urbiſ muroſ edificauit. et alia molendina. que sunt ultra aquam. combuſta in melius reformauit. Villam quoque giſelaha. que prorſus defecerat. et in ſolitudinem redacta fuerat. multo labore reparauit. et in fratrum uſum reſtituit. Ite ergo ſicut prediximus uir beatus et omni bono (183ᵃ) opere plenuſ non ſolum in exterioribus utiliſ ac neceſſariuſ fuit. hoceſt in edificiiſ. in noualibus. in agricultura. in coemptione prediorum. ſed et interius id eſt in eccleſia in hiſ que ad deum et diuinum pertinent miniſterium quam utiliſ fuerit ſatis manifeſtum eſt omnibus fratribus in hoc monaſterio. et manifeſtius adhuc futuris fidelibus cum fructus bonitatis eius de die in die ſupercreuerit et aucmentatus fuerit. Denique et ipſe felix comparauit eccleſie de ſuo labore treſ calicef argenteoſ. quorum maior .V. marcaſ argenti abſque auro. alter .IIII. marcas. tercius unam marcam habet argenti. Quatuor etiam caſulas ualde bonas de pallio optimo conquiſiuit eccleſie. unam ex hiſ de albo pallio optimo cum aurifrigio ornatam. Treſ albaſ. et unum cingulum ex pallio. Vnum librum miſſalem quem propriis manibus deſcripſit. cum lectionario et euangeliario. et unum collectarium cum coopertorio piſcino. Cappam unam ualde bonam ex pallio purpureo cum lato aurifrigio eccleſie comparauit in ornatum fratrum. Campanam unam fundi iuſſit que conſtat ex XVIII. centenariiſ. quam .XVI. marciſ comparauit. Vineam unam extra muroſ urbiſ fundauit. et ad uſum eccleſie et fratrum eam deputauit. Stolaſ .IIII. unam ualde bonam ex argento. Antiphonarium cum graduali. et pſalterium. atque breuiarium conſcribi iuſſit. Menſale optimum cum manutergio et cipho argenteo ipſemet nouiſſime ſuper aram ſci Bonifacii obtulit. Super hec omnia etiam ad deſcribendum librum iſtum membranam impendit.

(183ᵃ) 73. De oblatione Ertagi cuiusdem nobilis uiri[1]).

In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Nouerint fideleſ tam futuri quam preſentes qualiter ego Ertāg sco xpi martiri Bonifacio curtem meam in Tutenhuſen cum omnibus pertinentiiſ eius trado. et in Fladecheim manſiſ .VII. et iugera LXX.IIᵒ. et haſ uillaſ. wicbrahterod. Nuwenrot cum omni utilitate ad haſ pertinente. Duoſ etiam miniſtros meoſ quorum nomina ſunt. Hecil. et Ecelin. cum omni poſſeſſione eorum trado fratribus fuldenſis monaſterii ſub tali pactione. ut in curte eorum optimo iure feruiant eiſ abſque obpreſſione et contradictione. Inſuper ancillam meam nomine winizam uxorem Geizoniſ cum prediо ſuo in Hewinefhuſen ea trado condicione. ut ſi liberoſ habeant

[1]) Piſtorius 586, 1. Schannat hat aus dieser Urkunde n. cap. 64 eine Urkunde unter Nr 591 gemacht.

in curte fratrum feruiant. Sin autem ab ipſo beneficio cenſum perſoluant ſicut et alii ad Tutenhuſen pertinentes. Hanc tradicionem ego Ertàg certiſſima pactione facio. ut ſemper in anniuerſario depoſitionis mee fratribus ſuldensibus ſeruicium inde caritatiſ inpendatur. et coram ſingulis altaribus candele ſingule accendantur. et uigilie ac miſſe pro remedio anime mee a fratribus perſoluantur. Acta est hec tradicio anno ab incarnatione domini .DCCCCXXC. kal. mai. Regnante Ottone ruſo imperatore coram werenhero ſuldenſi abbate. Hanc tradicionem ſi quis uiolauerit aut infregerit. aut aliquo modo a fratrum ſuldenſium utilitate acceperit. a cetu ſanctorum extorris eterne gehenne incendiiſ a iuſto iudice deputetur.

(184ᵃ) 74. De oblatione villicationis in ottenhuſen[1]).

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Notum ſit omnibus fidelibus chriſtianis. qualiter villicatio noſtra in Ottenhuſen uera et certa traditione antiquorum principum. primum quidem marchionis Ottonis. poſtmodum uero domini Ertàgi. ceterorumque principum ſaxonie sco Bonifacio martiri donata et legitime delegata. ad noſtra peruenit tempora. Nouiter uero cum multorum circumfidentium uiolentia pro ſui a nobis remotione deuastaretur. et obprimeretur. ipſam duci ſaxonie Heinrico in tutelam commiſimuſ. cuius defensione noſ tueri ibidem poſſe ſperauimus. eo quod et ipſe fateretur quod idem bonum de oblationibus antiquorum parentum ſuorum haberemus. Illo uero in negotiſ regni occupato. recentiora mala nobis illic emerſerunt. Quibuſ alio ordine contraire et feſtinanter occurrere ex conſilio ſeniorum ratum et utile duximus. Fuit quidem hec cauſa talis. Nam due uille noſtre wiſefelt ſcilicet et Seuelt ſuper ripam wiſere fluminiſ altrinſecus ſunt diſpoſite. tam cultura agrorum quam captura piſcium nobiſ utileſ. antiqua conceſſione priſcorum principum ſaxonie nobis attribute et habundantia piſcium quam maximum commodum dantes de macerria quae ibidem per medium fluminiſ diſpoſita est. uſui nostrae eccleſiae s. cedentes. que maceria uulgo vah uocatur. Porro Lutolfo de caſſele medium eiusdem macerie ſibi uendicante pro foreste Sulgo adiacente (184ᵇ) beneficiali iure a duce ſibi cedente. Noſ tandem dei gratia per dominum Reginoldum cancellarium regiſ a predicto Lutoldo illud iterum in integrum recepimus. ſicque ab hac moleſtia liberati ſumus. Videnſ ergo idem cancellarius eandem uillicationem parum noſtrae utilitati cedere. ſibi autem de copia piſcium pro ipſa uicinitate utilem fore. ſibi hac interpoſita ratione concedi poſtulauit. ut quamdiu maiori dignitate illius temporis fuffultus non eſſet. loco uillicationiſ eandem uillam ita procuraret. ut annuum reditum tam in cenſu quam in piſcibus ſtatuto tempore nobis perſolueret. et diſperſa congregaret. ſubtracta requireret. deſtituta redintegraret. et in hiſ omnibus nihil detrimenti nobis aſſcriberet. adiicienſ et hoc. ut ſi uno anno propoſita negligeret. uel diuina diſpoſitione

[1]) Piſtorius 586, 51. Schann. Buchon. 324.

ad altiora conſcenderet. ipſa uillicatio ab eo libera et abſoluta nobiſ ſine ullo impedimento uacaret. nec uel tunc uel nunc predictuſ germanuſ illiuſ .L. aliquid de ca ſe intromitteret. uel permiſſione ipſiuſ quouis modo ſibi adtraheret. uel rceonſignata repeteret. ſed noſtra nobis liberrime ab omni diſpoſitione illius redirent. Conſulentef ergo nobis ex qualitate temporiſ. et cx eo quod idem cancellarius ſpiritalif frater noſter effet. attendentef etiam hoc in curia imperatoriſ in multiſ nobis prodesse. annuente .M. abbate ſecundum preſcriptum modum eandem uillicationem illi commiſimus. nec tamen a commendatione qua duci H. eam commiſimus deſiuimus. Acta ſunt hec (a). dominice incarnationis M°. C°. L.VII. ind. V. Regnante Friderico imperatore. sub abbate Marcuardo.

(186*) 75. De oblatione Gerhardi de Vargalaha [2]).

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus qualiter ego Gerharduſ de vargalaha indignuſ licet de dei miſericordia. cum Chunigunda chriſtianiſſima coninge mea. dominis et fratribus meiſ. huius ſanctae ſuldenſis congregationis connentuſ. coniuncti ſumus omnibus beneficiiſ. tam prebendae quam elemoſinarum cum integritate fraternae orationis. Videntef enim labiliſ huius manſionif inſtabilitatem ſpei bonae fiduciae iuhiantef et ad ſupernae beatitudiniſ inmortalitatem tendentef. ad quatuor talenta in villa quae dicitur Tunnaha de beneficio meo quod ab anteceſſoribus meiſ iure hereditario uſque modo ſine querela poſſedi et poſſideo pro remedio animae meae. uxoriſ et filiae omniumque anteceſſorum meorum domino omnipotenti ſanctoque Bonifacio dimittimus et offerimus ac tradimus dominiſ et fratribus noſtriſ in oblationem. hac uidelicet conditione ut ſie ad loca ſacra diuidatur. In urbe ergo fratribus maioriſ eccleſiae in ius caritatis animarum quod nulgo Selgerèth dicitur duo talenta ordinamus. Fratribus de monte see Marie unum talentum. Fratribus de seo Michahele dimidium talentum. in iuſ prefatae caritatiſ ad anniuerſarium meum et uxoriſ meae annuatim celebrandum hec omnia determinamus. Porro ad hoſpitale predicti montiſ quinque ſolidoſ. ad illuminan(186*)dam sci Michahelis cryptam .V. ſolidos ſtatuimus dari. et in prefatis locif nomina parentum patrum uidelicet et matrum. fratrumque noſtrorum in libro fraternitatiſ uolumus annotari. Haec quidem poſt deceſſum noſtrum ita diuidenda tradidimus. Quamdiu autem ambo ſuperſtitef ſumus .XII. denarii in urbe. VI. in monte. V. ad ſanctum michahelem interim dabuntur a nobis ſinguliſ annif. ad memoriam initae fraternae conditionis. Iminente uero exitus noſtri tempore duo uel treſ fratres nobis mittantur. qui corpora noſtra condiant. animaſ noſtraſ deo commendent. faciantque ut corpora noſtra cum honore ſuldam ſepelienda deferantur. Quod ſi ego uel uxor mea mundum relinquere uoluerimus. claustrum domini ſancti Bonifacii in urbe mihi pateat. uxor uero mea de urbe prebendam accipiat. et in prefato

[1]) Schann. tradit. 633. [2]) In der Handſchrift fehlt ein X.

monto sce Mariae aliam habeat. et in eodem loco condigna habitatione recipiatur. Si autem altero defuncto uel conuerso alter uel altera mundum diucius inhabitabit. qui superstes fuerit quod definitum est ad prefata loca dimidiabit. post cuius finem possessio tota sicut diuisum est in seruicium doi secundabit. Haec traditio facta est anno millesimo .C°. XXXIV [1]) ab incarnatione domini. anno Cunradi abbatis I°. profente ipfo abbato et omni congregatione. Huius roi teftes funt Werenheruf decanus. Ditmaruf prepofitus. Wiggerus camerarius. Ioannes fcolasticus. Berhtoldus. Herftalduf. Ruggerus. Dimarus. et omnif congregatio.

(191a) 76. De gestis domni MARCVARDI abbatis[2]).

In nomine sce trinitatis. et indiuidue unitatis. Ego Marcuardus dei gratia preordinanto humilif sco Fuldenfif ecclefie dictuf minifter. omnibus xpi fuifquo fidelibus gratiam et otornam falutem in xpo. Nouimus non effe noftri iurif propriam commendaro perfonam. cum fcriptum fit. Laudet te of alienum non tuum. Sed quia deo iubente et annuente ex pura confcientia loquor. audienda funt. que non folum ad commendationem fed etiam ad defenfionem mei depromo. ne forto ea que bona intentione feci. aliqui detractoref operum meorum in finiftram partem deriuentur. et fiat illis in fcrupulum perdicionif quod factum oft a mo fimplici ex corde pro defensione mihi credite ecclofio.

Igitur ex quo primum intraui per domini gratiam. et regif Chunradi urgente imperio. et fratrum totiusque huius plebif compellente electione. cepi quomodo deo adiuuante iam defolatam hanc. et peno ad nichilum redactam ecclefiam ab inuafione et direptione quorundam poffem liberare. Erat enim uoro uidere miferia. quod tam nobilif (191b) locuf. et omnibus fidelibuf adamatus atque exoptatuf ad tantam negligentiam deuenerat. ut non effet in omni apoteca fratrum uel abbatis unde poffent fratres tam uenerande congregationis per diem fuftentari. Noc mirum. Nam laici habebant inter fe omnef huius monafterii uillicationef. et quod uolebant dabant. quod uolebant retentabant. Hac inquam occafione maxima diftractio primum facta est huic ecclefie. Nam quicumque laicorum aliquanto tempore habebat inter manuf uillicationem hujuf abbatio. optimos exindo fibi excepit manfos. eofque pro beneficiali iure in fuos hereditauit filios. ita ut aliqua uillicatio pluref amitteret hubaf quam retineret. Et uillicatio que debebat feruiro in monafterio ad .XIIII. dief. uix .VII. feruiret. Et que .VII. uix tref dief. uel prorfus nichil feruiret fratribuf. Erat o regione altera et multo intolerabilior miferia. Principef diuersarum regionum fumebant fibi de adiacentibus fibi ecclofie bonis quantum fibi bonum uidebatur et habebant fibi quafi pro boneficio. nullo oif prohibonte uel contradicente. Qui autem pauperioref erant. faciebant fibi noualia ot uillaf in nemoribus et forestibuf sci Bonifacii. Quid dicam do familia ecclefie que ubiuif terrarum in direptionem

[1]) In der Handschrift fehlt ein X. [2]) Vergl. Broweri antiquit. III, 18. Schann. hist Fuld. II, 187.

expoſita eſt omni rapienti et dicenti. Meus es tu. meus es tu. ego te in (192*) beneficium acquiſiui? Hec et hiſ ſimilia et multo maiora. ac grauiora mala urgebant preceſſores noſtroſ uendere et dilapidare uaſa et utenſilia domus dei et dilacerare ac diſcerpere ornamenta eccleſie. quando cogebat eoſ neceſſitas ſeruire regie atque romane curie. quia abbatie totius utilitas in manu laicorum poſita fuit. Et ſi aliquiſ eiſ contradicere uellet abbatum. ac iudiciali lege placitum faciens iuſticiam ab eiſ exquirere cepiſſet. ingenioſa et callida argumentatione iurif fui quod lehenreht nominant anguiſ more de manibus elapſi per amfractuſ ſermonum ſine fuo diſcrimine diffugiunt. Hoc ergo omne periculum et eccleſie mihi commiſſe diſpendium pro manibuſ et pro oculiſ habenſ cepi mecum tractare quid facto opus eſſet. prefertim cum mihi multe naſcerentur contrarietateſ et contradictioneſ. ſi quicquam horum mutare uel prohibere uellem. Primum ergo conſilium a deo queritanſ totum me ei commiſi. qui ſolet in periculiſ ſubuenire. Statim pie conſolatus in tantam mentis conſtantiam deueni. ut pro nichilo ducerem quamlibet aduerſitatem. tantum ut ſtans pro domo dei aliquid poſſem prodeſſe in rebus requirendiſ et retinendis ſeu recipiendiſ ab inportuniſ et maliſ hominibus. Conſilioque habito ex auctoritate domini pape Eugenii. et precepto domini mei regiſ Chunradi nulli hominum uel miniſterialium meorum quicquam niſi quod ſuum eſt in beneficio preſtiti. (192*) Ceterum ſi quid haberet ex inuaſione ſeu ex rapina de boniſ eccleſie ad manuſ contradixi. Villicationeſ meiſ laiciſ interdixi. quaſ ſtatim cum fratribus meiſ et cum quibusdam ruſticiſ ſicut mihi ratum et conſultum uidebatur diſpoſui. Vnde ſtatim quia prima coitio acerrima eſt magnam contradictionem etiam occaſionem meorum et oculorum excecationem et ſanguiniſ effuſionem ab importunitate quorumdam pertuli. Sed quid multiſ opuſ? Deus omnipotenſ cui me et omnia mea commiſi. ipſe dedit in meiſ miram et incredibilem victoriam de inimiciſ. et hoſtibus eccleſie. ita ut multiſ magnum quid uideatur. quod homo ſine parentum adiutorio. aduena et alicuſ in hac terra tanta potuit facere. Sed nemo miretur. Noſ enim clerici ſiue monachi ſi parentum inſatiabilem ambitionem explere uellemuſ. non ſufficeret nobiſ ad hoc quiuis cum abbatia epiſcopatus. Et tamen forſitan tepide niſi pro ſuo commodo adiuuarent noſ. Sed de hiſ dixiſſe ſufficiat.

Ego Marcuardus cepi edificare caſtrum Biberſtein. non quod conueniat monachiſ niſi in monaſterio habitare. et ſpiritalia prelia exercere. ſed quia munduſ in maligno poſituſ neſcit a malo cedere. niſi per uiolentiam ei reſiſtatur. Cogitabam enim in animo meo. Ecce locuſ caſtri huius. ſi ab aliquo hoſtium eccleſie fuerit deprehenſuſ. omne malum nobiſ ab eo ingeretur. et nouniſi magno detrimento re (193*) rum et periculo hominum eicietur. Ex hoc cepi illud poſſidere et in uſum eccleſie redigere. et cum fidelibus et monaſterii honorem quærentibus militibus diſponere. qui iuramento hoc confirmaueruntnumquam ſe niſi pro honore monaſterii et abbatiſ nec in morte dedere.

Deinde caſtrum quod huic contiguum eſt Hafelſtein nuncupatum. propter latibula furum ac latronum qui ſe ibi cum domino Gerlaho tuta ſtatione occultabant. magno meo periculo et eccleſie diſpendio occupaui. et in defenſionem

bonorum eccleſie cum fidelibus uiris poſſedi. et municionef in circuitu diſpoſui. uillamque ac forum rerum uenalium in ſuburbio collocaui.

Porro ut eo familior mihi eſſet cum imperatore et cum miniſterialibuſ regni ſocietatiſ contubernium. et ſi ingrueret bellum. ad eos nobis poſſet eſſe confugium. in caſtello regio Bovmineburch[1]) menia collocaui. et municionef firmas conſtruxi. et in edificio illo pro honore et defenſione noſtre multum laboraui eccleſie.

Sed ne in circuitu loci noſtri fuldenſiſ ſcilicet oppidi aliqua a uirif peſtilentibus oriretur ſeditio. quod ſepe fit ab hiſ qui ideo ad caſtella confugiunt. ut predam de regione ſumentef[2]). . . . . .

(193ᵇ) ſtrenui et fortef erant uiribus. in gratiam receptos in alio caſtello in preſidio collocaui.

Et ut per omnia bellorum pericula locum ac populum noſtrum in ſecuritate et quiete habitare facerem. totam fuldenſium uillam muro firmiſſimo circumdedi. ualloque et aggere firmaui. propugnacula locaui. portaſ ferrataſ ac feratas aptaui. et ipſum populum tam edificiiſ quam armaturiſ muniui. et ab iniuſta iudicum obpreſſione eripui.

Non ſolum autem in exterioribus eurif edificiorum occupatuſ propter deum et propter honorem loci et pro animarum atque corporum defenſione quantum potui laboraui. sed etiam in interioribus. id eſt in reſtauratione monaſterii quantum defudauerim. notiſſimum omnibus cernentibus eſſe poterit. Nam tectum monaſterii ex plumbo prius factum ſed uetuſtate collapſum redintegraui et adauxi. campanarium ex optima quadratura conſtruxi.

Videns etiam quia ſonf aqueductus antiquitate et uetuſtate defeciſſet. et fratribus noſtris ad ablutionem manuum difficilem aut rarum immo nullum interdum preberet meatum. habilef canalef adaptaui. et per plumbeaf harundinef meatum fontiſ conſtantiſſime reparari feci. ut nunquam a modo deficeret aqua ebulliens (194ᵃ) et ad manuſ fingulorum fratrum ſponte recurrenſ. Ex quo etiam aqueductu fontiſ uenam in curiam meam deriuaui. et lapidem grandem multo labore per murof urbiſ inductum repleui. Hec de edificiiſ et municionibus ſufficiant.

